


Tres sunt qui testimonium dant in Cælis, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus & hi tres tantum unum sunt (mox de humanitate Christi loquens) Tres sunt, qui testimonium dant in terris, sanguis, spiritus, & aqua, & hi tres tantum unum sunt. Nos igitur, qui parrem humanitatem habemus, mirum non est, si sanguinem & spiritum, consimilis unitatis contineamus: sitque sanguinis actio, mere spiritualis. Imo in genesi, propterea non sanguinis etymos fit vocatus, sed spiritus rubei nomine insignitus. Abscede igitur quisquis es, à pertinacia, & alium, præter cacodæmonem, in sanguine spiritum agnosce, nisi scriptura ex adversum eas.



ROBERTI FLUDDI DE FLUCTIBUS,
DISCURSUS
DE
UNGUENTO ARMARIO.

 Ximia est inter resejusdem naturæ sympathia , quemadmodum Disputationum inter eas contrariarum antipathia admirabilis , quod quidem hominibus inscrita obrutis impossibile primâ fronte videretur , nisi infallibiles hujusmodi naturarum proprietates , in rebus diversis ocularis confirmasset experientia ; Nec quidem extra hominis naturam quicquam inventur , quod rerum sympathiam magis arguat , quam fortissima ipsius magnetis ad ferrum relatio , ejusque ad stellam polarem affectio ; Nec certè (ut ad hominis regnum perveniamus) est quicquam , quod sympathiam & compassionem inter eum atque partes vitali suæ dispositioni appropriatas luculentius demonstret , quam manifesta illa relatio , quæ observatur esse inter unguentum ex sanguine , aliisq; hominis partibus conflatum , ac vulneratum , & inter cruentum à vulnerato effusum , atque sanguinis massam , quæ in sauciato corpore adhuc reservatur , unde via comparationis inter magnetis effectus & illos istiusmodi unguenti facta (ut pote qui sunt simillimi) unguentum hoc magneticum appellatur .

Primum igitur compositionis ejusdem ingredientia atque mensuras ipsorum vobis explicabimus, atque effectus illos quos praxis atque experientia, etiam stultorum magistra produxit, describimus, quo facilius de-

Sss 2 parti-